Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8302
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ac mutuis Strenis, gratasque Maris et terre bonorum
communione Letantes. ¶ Tunc designati Consules preclara
et sollemni purpura se se colunt. Hoc tempore
Comodus non ex Regia: ut mos erat, prodire: sed
e Gladiatorum Gymnasio progredi volebat: Ac
pro splendida imperatoriaque veste, Arma ferens
procedentibusque una Gladiatoribus, talis populo Ro-
aspicitur. ¶ Post ubi sinam hanc ad Martiam
retulit: quam Pellicum observatissimam habebat,
cuique vir nihil ademerat: sed optime quecunque
Matrone conveniunt, omnia preter Coniugales faces
erat: Hec adeo inconsultam tumpemque mentem
eius accipiens, accuratissime supplicat: ad genuaque
se se prosternens: Lachrymasque deterebat: Ne Ro-
manum imperium hac ignominia afficeret: neque
se ipse inter Gladiatores et desperatos visus,
in discrimina redigeret: Multis precata nihil
implorat: Lachrymansque abiit. ¶ Comodus advocato
Leto Prefecto Militum, Eclectoque Cubiculario,
eos cuncta parare iussit: quam in Gladiatorum Schola:

Strene.
Designatio Consulum.
Martia.
Letus et Eclectus: Prefecti Cubicularis.